



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

53 Qvo Pacto Illicitam A Præpositis monasterior[um] deo dicataru[m]
virginu[m] peta[n]t pecunia[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

et aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet, idque absque precio & expensis laicorum, ne populus simplex ita educatur, & damno afficiatur, nec non auariciae detestandae praesumptio euitetur.

QVEMADMODVM DE NOVA SANCTI

cuiuspiam celebritate partem petant oblationis.

- §2 Deinceps, si forte per diocesim episcopi alicuius noua effertur Sancti celebritas, ad quem passim concursus fit, tum episcopi aut praelati eo loci, oblationum omnium tertiam, aut certe quartam partem sibi vendicare praesumunt. Quod tamen domestica eorum, nempe canonica iura, eis non permittunt, quin oblata illa pecunia, potius ac merito, pro totius Christianae reipub. necessitate, ad contrahendum militum manum, parandamque expeditioni bellicae com meatum contra Turcas usurparetur, aut certe in proximi verteretur necessarios usus.

QVO PACTO ILLICITAM A PRAEPOSITIS

monasteriorum deo dicatarum virginum petant pecuniam.

- §3 Item, quum monasteria aliqua deo dicatarum virginum, per praepositos, seu praefectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moueri possunt: neque enim perpetua est haec praepositura, attamen episcopi, acceptioni aut missioni praepositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quam a monasteriorum deo deuotarum, simpliciumque puellarum pecuniae aliquid numeratum fuerit.

- §4 Item quum Abbas quispiam, aut abbatissa eligitur, conunguntur iterum per suffraganeos consecrari, licet antea ut monachi & moniales satis superque sint consecrati, Suffraganeorumque cum suis regie excipere & pascere, ac insuper tam muneris loco, magnam persolucere pecuniam. Quae res non in paruum damnum cedit monasteriorum, sed etiam illorum, quibus monasteria illa sunt subiecta. ¶ Insuper Pontifices summi multa ac varia in curia Romana excogitarunt officia, quae